indigenti· ditari q̄ philoſophari ſit pocius e
ligēdum· tercio topicoꝝ· Adhuc cū nobis libri
ſint cōmodiſſimi magiſtri vt precedēs aſſuit
capitulū· eiſdem nō immerito tam amorem q̄
honorem tribuere cōuenit magiſtralem· Tan
dem cū omēs homines natura ſcire deſiderāt·
ac per libros ſcienciam veritatis preoptādam
diuicijs omnibꝰ adipiſci poſſimus· quis homo
ſecūdū naturam viuens· librorū nō habeat ap
petitū· Quāuis vero porcos margaritas ſper
nere videamꝰ· nichil ī hoc prudētis leditur opi
nio· quo minus oblatas cōparet margaritas·
Precioſior igitur ē cūctis opibꝰ ſapiētie libra
ria· et ōnia que deſiderantur · huic non valet
comparari prouerbioꝝ tercio· Quiſquis igitur
ſe fatetur veritatis · felicitatis· ſapiencie· ſcien
cie· vel eciam fidei zelatorem· librorum neceſſe
eſt ſe faciat amatorem ¶ Capitulum quidem
tercium q̄ libri ſemper debent emi niſi in duo
bus caſibus·

Correlarium nobis gratum de predic
tis elicimus · paucis tamen vt credi
mus acceptandum · Nullam videli
cet debere cariſtiam · hominem impedire ab
emptione librorum · cum ſibi ſuppetat quod
petitur pro eiſdem · niſi vt obſiſtatur malicie

venditoris . vel tempus emendi oportunius ex
pectetur . Quoniam ſi ſola ſapientia precium
facit libri que eſt infinitus theſaurus homini
bus et ſi valor librorū ē ineffabilis vt predic
ta ſupponunt . qualiter probabitur carum eſſe
commercium . vbi bonum emitur infinitum . q̄
propter libros libenter emendos ⁊ invite ven
dendos . ſol hominum ſalomon nos hortatur ꝓ
verbiorum viſeſimo tercio . veritatem inquit e
me . et noli vendere ſapientiam Sed quod re
thorice vel loice ſuademus . aſtruamus hiſtori
is rei geſte . Araphiloſophus ariſtotiles quē
auerrois datum putat quaſi regulam in natu
ra . paucos libros ſpenſippi poſt ipſiꝰ deceſſū
pro ſeptuaginta duobns milibꝫ ſiſterciis ſta
tim emit . Plato prior tempore ſed doctrinis
poſterior . philolai pitagorici librum emit ꝓ
milibꝫ denariorum . de quo dicitur thymei dy
alogum excerpſiſſe . ſicut refert agellius nocti
um acticarum libro ſecundo ca . decimoſexto .
Hec autem narrat agellius vt perpendat inſi
piens . q̄tum vilipendant ſapientes pecuniā
comperatione librorum . et econtrario . Vt ō
ni ſuperbie ſtulticiam cognoſcamus annexam
libꝫ hic tarquinij ſuperbi ſtulticiam recenſere
imperuipenſione librorum . quam refert idem

agellius libro primo noctiū acticarum capitu-
nonodecīo·Vetula quedam ōnino īcognita ad
tarquiū ſuperbū regem romanorū ſeptimum
dicitur acceſſiſſe·Venales offerēs nouē libros
in quibus vt aſſeruit diuina cōtinebantur ora
cula · ſed īmenſam pro eiſdē popoſcit pecuni
am· in tātū vt rex diceret eam delirare Illa cō
mota tres libros in ignem ꝓiecit ⁊ pro reſidu
is ſūmam quā prius exigit Rege negante ru
ſus tres libros ī ignem proiecit · ⁊ adhuc pro
tribus r̄eſiduis eandem ſūmam popoſcit·Tan
dē ſtupefactus ſupra modū tarquinius·ſūmam
pro tribus gaudet exſoluere ꝓ qua nouem po
terat r̄edemiſſe Vetula ſtatī diſparuit·que nec
prius nec poſtea viſa fuerat· Hij ſunt libri ſi
billini· quos quaſi quoddam diuinum oraculū
per aliquem de quindecim viris conſulebāt ro
mani·⁊ quindecim victus creditur officium ha
buiſſe Quid aliter hec ſibilla ꝓphetiſſa tā va
rio f cō ſupbū r̄egē edocuit· niſi ꝙ vaſa ſapiēcie
e ſacri libri oēm humanā eſtimatiōꝫ excedūt
Et ſicut de regno celoꝝ dicit̄ tātū valet quātū
habes· Capi·iiij· ꝙta bō ꝓueniūt p libros et
ꝙ mali clerici ſūt libris plurimū ingrati

Progenies vipaꝝ pntes ꝓpos perimēs atꝫ
ſemē neqꝫ īgrati cuculi q̄ cū viēs accepit